



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De Persona Iudicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

Visitatio expeditur, & non amplius dari debet. *Conc. loc. cit.*

Et non nisi pro moderato comitatu qui viginti vel trignita euectiones excedere non debet. *cap. cum Apostolus. de censibus.* Et quidem hic numerus comitatus in locis abundantibus redivitibus sustineri possit, alia autē Ecclesiā pauperes, quæ tanto numero sustentando sufficere non possent, ultra suas vires gravari non debent. *cap. illud te. 10. quest. 3.* Sed si vna non sufficiat ad sustentationem, duæ, tres vel etiam plures vnā procuracionem componant. *cap. procuraciones, de censibus.*

Liberum est etiam Visitatis, si velint pecunia redimere procuracionem, & Visitator tenetur recipere in ea specie, quæ fuerit oblata. *cap. felicis. de censibus. in 6, Conc. lo. cit.* Vel si aliqua compositio super modo procurandi facta sit, illa seruanda est. *Abb. in Clem. ad nostrum. de censib.*

Dum autem visitat Clerum ciuitatis vbi sita est Cathedra procuratio illi nulla debetur ex vsu plerumque recepto

post Conc. Trid. quem etiam Neap. feruari testatur in sua praxi. *Genuen. cit. c. 19.* Et sæpius respondit S. Cong. Conc. a loquin contrarium de iure veteri videri potest apud *Innoc. Abb. in cap. venerabili. de censib. Host. ib. & in Sum. eo. tit. num. 19.*

Neque debetur procuratio, dum visitantur loca specialiter exempta à præstanda procuracione. *Host. in Sum. lo. cit. de censib. num. 14.*

Neque debetur dum visitantur hospitalia, & domus pauperum vel infirmorum. *Cardin. in Clem. quia contingit. de relig. dom. Lopus de hospit. al. nu. 98. Sylu. in sua Sum. verb. hospit. ale. num. 16.*

Insuper etiam si de iure communi procuratio præscribi nõ possit. *c. cū ex officio. de præscript. hodie tamen ex noua dispositione Conc. Trid. cit. præscribitur, nec peti potest, vbi illam non dandi viget consuetudo, propter illa verb. Conc. ibid.*

In illis verò locis seu Prouincijs, vbi consuetudo est, vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquā aliud à Visitatorib. accipiatur sed omnia gratis fiant, ibi id obseruetur.

C A P V T I V.

De Iudicijs.

Expeditis breui Iudicijs extraordinarijs, Ordinarium videamus. Et istud dicitur actus legitimus trium Personarum, Iudicis & Actoris, Rei, qui redditur in inuitum. *Host. in Sum. de iudic. num. 2. Abb. ib. in rub. num. 1.*

A R T I C V L V S I.

De Persona Iudicis.

¹ *Episcopus habet intentionem fundatam super omnes de Diocesi.*
² *Ordinarius potest punire Episcopum delinquentem in sua Diocesi.*

³ *Episco-*

- 3 Episcopus quolibet loco Diocesis sua iudicare potest.
- 4 Archiepiscopus non habet iurisdictionem in subditos sui suffraganei, nisi in quantum fuerit ad ipsum per appellationem deuolutam.
- 5 Stylus Curia seruat ut causa omnes in prima instantia coram Ordinarijs iudicentur.
- 6 Beneficiorum reseruatorum causa non remittuntur ad Ordinarium pro prima instantia.
- 7 Episcopus excommunicatus iudicare non potest.
- 8 Episcopus in aliena Diocesi iudicare non potest.
- 9 Episcopus est competens Iudex in causis Ecclesie sua, sed potest recusari ut suspectus.
- 10 Iudex ex quibus causis potest recusari ut suspectus.
- 11 Episcopus an teneatur habere Vicarium.
- 12 Episcopus potest Vicario suo concedere amplam siue coarctatam potestatem.
- 13 Vicarius vocari potest ad placitum Episcopi.
- 14 Vicarij potestas quando expirat.
- 15 Episcopus an teneatur de facto Vicarij sui.
- 16 Vicarius generalis & foraneus quomodo differunt.
- 17 Laicus non potest esse Vicarius Episcopi.
- 18 Laico qua possint committi in iudicialibus Ecclesiasticis.
- 19 Vicariatus & iurisdicctio Ecclesie locari non potest.
- 20 Vicario non possunt committi ea que sunt Ordinis Episcopalis nisi sit Episcopus.
- 21 Archiepiscopus continetur in dispositione loquente de Episcopo.
- 22 Ordinarij nomine qui veniunt.
- 23 Episcopo causa delegata an transeat in successorem.
- 24 Causam delegatam Vicario Episcopus iudicare non potest nec e contra.
- 25 Delegatus quando possit subdelegare.
- 26 Canonicus venit appellatione dignitatis.
- 27 Delegati iurisdicctio quando expiret.
- 28 Iudex an iudicare debeat secundum allegata.
- 29 Iudex quomodo procedere debeat in dubijs.
- 30 Iudex potest inducere partes ad concordiam.
- 31 Iudex occurrere debet ne veritas opprimatur.
- 32 Iudex an sententiam suam reuocare possit.
- 33 Citari nemo potest nisi de autoritate Iudicis.
- 34 Iudex an sportulas accipere possit.
- 35 Iudex potest moderari salaria Notariorum.
- 36 Notarius dicitur Iudex Chartularius.
- 37 Notarius a quo creari potest.
- 38 Notarium creare potest quilibet Ordinarius.
- 39 Notarius Iudicis Ecclesiastici debet esse creatus a superiore Ecclesiastico.
- 40 Laicus potest esse Notarius in causis Ecclesiasticis.
- 41 Notarius non nisi super quibus fuerit rogatus consicere debet instrumentum.
- 42 Notarius qualem scientiam habere debeat.
- 43 Notarius debet seruare protocollum eorum qua scribit.

44 Notarij instrumento, in quo nominantur testes, an credatur.

45 Notarius non debet edere acta sine Iudicis mandato.

46 Notarius & Iudex, si non extradant acta appellationibus quas pœnas incurra-

Iudex fori Ecclesiastici, proprius est Episcopus in sua Diœcesi. *cap. de persona. 2. quæst. 1. c. conquerente. de off. ord. & ipse habet intentionem fundatam de iure super omnes de Diœcesi, dummodo non sint specialiter exempti ab ipsius iurisdictione. cap. cum venerabilis. de cens. cap. cum persona. de priuil. in 6. Verul. decis. 306. p. 1. Rot. decis. 328. p. 2. diuers. vnde etiam Episcopum morantem in sua Diœcesi ratione delicti ibi commissi, iudicare & punire potest. cap. sane. de for. comp. gl. in cap. 1. de raptor. Abb. in cit. cap. sane. numero 5. & in cap. cum inferior. de maior. & obed. & in Clem. vn. num. 18. de for. comp. ad quod facit Conc. Trident. sess. 6. cap. 2. de ref. Et quolibet loco Diœcesis suæ prætribunali sedere potest. cap. cum venerabilis. §. quia vero. de excep. cap. cum venerabilis. de Relig. dom. cap. cum Episcopus. de off. ord. in 6. quandoque autem etiam in loco exempto suæ Diœcesis Tribunal suum erigere potest, ut si non habeat aliam tutum locum exercere suæ iurisdictionis in sua Diœcesi. gl. communiter recepta. in cit. Clem. vn. v. aut earum. de fo. compet. Abb. ib. nu. 4.*

Nec quicquam alius iudicare potest subditos Episcopi ipso inuito. *c. nullus. de Paroch. ne quidem Archiepiscopus, nisi causa ad eum per viam appellationis deuoluta. cap. duo simul. de off. ord. cap. Romanus. de fo. comp. in 6. Ne quidem de consensu partium, Clerici enim non possunt consentire in iurisdictionem, non sui Prelati sine assensu proprii. c. signifi. asti. de fo. comp. Gem. in cit. c. 1. eo. tit. in 6. Sicut & contra Episcopus non potest subijcere Clericum inuitum alteri tanquam Ordinario, licet causam ipsius delegare possit Host. in sum. de fo. comp. §. nem. E-*

piscopus. sub num. 14.

Causa etiam ad Archiepiscopum per appellationem deuoluta, non amplius poterit iudicari apud Archiepiscopum, nisi in quantum fuerit appellatus; in reliquo autem remitti debet ad priorem Iudicem, nisi ipse detulerit appellationi. *s. cum appellationibus. de appell. in 6. vel nisi partes se sponte submittant liti in reliquo cause. de qua est quæstio. c. Romana. §. in alium. lo. cit. in 6. Fran. Gem. ibid. Et Archiepisc. non poterit extendere suam iurisdictionem extra personas appellantes; neque potest citare aliquos ex subditis Episcopi ad ferendum in causa coram ipso vertente testimonium: neque potest delegare causam subdito Episcopi inuito. *c. 1. de off. ord. c. 1. de fo. comp. in 6. In id si ipsemet Archiepiscopus habeat aliquam actionem contra subditum sui Suffraganei, coram Suffraganeo litigare cum illo tenetur. Abb. in c. dilecti. 5. n. 13. de appell.**

Non solum autem Archiepiscopus subditos Suffraganei sui non iudicat; sed etiam stylus Rom. Curie seruat, ut omnes causas in prima instantia coram Ordinario prius semper remittat decidendas, præsertim post Conc. Trid. ut idem Conc. sess. 24. c. 20. de ref. licet alioquin Sedes Apostolica de omnibus causis Ecclesiasticis immediate iudicare possit. *c. cuncta. c. nunc vero. 9. q. 3. Ut & ad præsens aliquas iudicare solet; nempe causas que iuxta Canonicas sanctiones apud Sedem eandem sunt iudicandæ, vel quas Sum. Pont. arbitrio suo ad se expressè aduocauerit supplicatione manu propria signata; similiter & causas possessionis beneficiorum reseruatorum Sedi eidem Apost. hæc enim possunt immediate ab Auditore Camera Apostolicæ, seu alio delegato Apostolico cognosci, ex praxi quo*

quotidiana signaturæ, quod etiam declarauit Greg. XIII. Constitutione sua emanata orto dubio ex lo. cit. Conc. Trid. super executione literarū in forma Breuiis ad capiendā possessionē, vt sequitur.

Ad Romani Pontificis prouidentiam circumspectam pertinere dignoscitur, dubia super Sacrorum Conciliorum decretis pro tempore insurgētia, sic sua Declarationis oraculo dilucidare & interpretari, vt exinde litium dispendia inter fideles quoslibet valeant submoueri. Accepimus sane nuper, quod licet multoties Rom. Pont. vt prouisiones & gratia per eum de beneficijs pro tempore vacātibz, ac sua & Sedis Apostolica dispositioni & ordinationi reseruat, in fauorem diuersarum personarum sibi gratiarum & acceptarum facta, executioni debita demandentur, & ne, (dum litera Apostolica sub plumbo desuper expediuntur) beneficia ipsa ab aliquibus indebite occupentur, aut aliqua in spiritualibus & temporalibus detrimenta sustineant, nonnunquam corporalem possessionem ipsorum beneficiorum & illis annexorum, iuriumq; & pertinentiarum quomodocunq; Sedis & Camera Apostolicarum nominibus apprehendi, ac omnes & quoscunq; fructus, redditus, & prouentus beneficiorum & annexorum eorundem percipi, exigere, eosque integros personis predictis, postquam ipsa literas sub plumbo expeditas haberēt, vna cum dicta possessione consignari, quandoq; verò dum litera sub plumbo huiusmodi expedita existūt, vt ius suū vniciq; illorum conseruetur, & temerariorum audacia debita castigatione compscatur, ac ipsa litera Apostolica facilius debite execu-

tioni, vt par est, demandentur, prouisos de beneficijs in corporalē, realem, & actualem possessionē beneficiorum & annexorum, iuriumq; & pertinentiarum predictarū induci, & inductos in ea manuteneri, amotis quibuslibet intrusis detentoribus ab eisdem, aliq; fieri & exequi per diuersas suas in forma Breuis, & sub annulo Piscatoris confectas literas mādēt, & precipiat, certis inibi forma & modo tunc prescriptis dilecto filio causarum Curia Camera Apostolica generali Auditori, seu alijs executoribus desuper deputatis, quibus omnino parendum esset. Nihilominus nonnulli beneficijs predictis inhiantes, ac gratias predictas eludere, eorumq; intrusiones & detentiones improbè tueri satagentes, executionē literarū in forma Breuis huiusmodi, & facultatē per eas ipsis executoribus attributam, diuersis dubijs & cauillationibus remoretur, & processus per eosdē executores desuper habitos & formatos, ac inde secuta quacunq; nulla & inualida, nulliusq; roboris vel momēti esse, neq; attendi debere contendunt, sub pretextu quod in Decreto Conc. Trid. sess. 24. c. 20. dispositum fuerit, quod cause omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint in prima instantia corā Ordinarijs locorū duntaxat cognoscātur, exceptis his quæ iuxta Canonicas Sanctiones apud Sedem predictam sunt tractanda, vel quas ex vrgenti rationabiliq; causa iudicauerit Summus Pontif. Roma. per speciale rescriptum signaturæ suæ eius manu propria subscribendum committere, aut auocare. Verum cum Decretum huiusmodi Concilij concessionem predictarum

literarum in forma breuis, & illarum executionem nihil afficiat, neque per illas causa seu instantia introducatur, sed mere executiuè procedi mandetur; litera quoq; in forma breuis annulo Piscatoris munita, non minoris sint efficacia, & auctoritatis, quàm rescripta signaturæ R. P. o. eius manu propria subscripta. Nos in his nostra debita declarationis cautelam adhibentes, ac prouisorum prædictorum ius, aduersus dubia & cauillationes huiusmodi æquitate & iustitia suadentibus præseruare volentes, nec non prædictarum & quarumcunq; literarum in forma breuis super capiendâ possessione nomine Camera huiusmodi, aut in fauorem literarum sub plumbo expeditarum, tam à Prædecessoribus nostris, quam nobis & dictâ sede hæctenus concessarum tenores, ac litis, & causa, si qua desuper existant, statum & merita, uominatq; & cognomina iudicum, executorum, & Colligantiam præsentibus pro sufficienter expressis habentes. Motu proprio, non ad ipsorum Prouisorum, aut aliorum nobis pro eis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac de mera nostra deliberatione decernimus & declaramus, per concessionem literarum in forma Breuis, & sub annulo Piscatoris super capiendâ possessione quoruncunq; beneficiorum dispositioni Apostolica reseruatorum, seu affectorum, Sedis & Camera Apostolicarum nominibus apprehendenda, & eiusdem possessionis in fauore Prouisorum ab ipsa Sede de eisdem beneficijs, postquam literas sub plumbo super pronotionibus huiusmodi habuerint expeditas relaxatione, nec non assistentia ipsi prouisis literas sub plumbo ex-

peditas habentibus præstanda, & aliorum inibi expressorum, executione faciendâ, qua mandata executiua sunt, & summariam duntaxat causarum, propter quas illæ emanarunt, cognitionem requirunt, Decretis huiusmodi Concilij non contrariari, nihilq; præiudicij illis inferri, vel eorum formam in aliquo uicariari, neque id dici, aut censerî, vel executionem literarum earundem, propterea in aliquo suspendi, siue remorari, aut facultatem literarum executoribus concessam impediri, sed executores ipsos, & ab eis deputatos subexecutores, facultate sibi per easdem literas, ut præfertur concessa, uti, frui, gaudere, & contra illis non parentes ad declarationem incursum poenarum, & censurarum in eisdem literis in forma Breuis contentarum, ac inuocatione Brachij Secularis procedere, ac alia omnia & singula in eisdem literis contenti, (illarum tamen forma seruata) facere & exequi libere & licitè potuisse & poss; nec non processus desuper habitos & formatos, habendosq; & formatandos, ac inde sequuta & sequenda, quæcunq; firma, valida & efficacia fuisse, & esse & fore, suosq; integros & plenarios effectus sortiri debere in omnibus, & per omnia, præsertim quoq; literas de subreptionis uitio, aut intetionis nostra, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel inuaidari nullatenus posse; sicq; in præmissis omnibus & singulis per quoscunq; Iudices, &c. Non obstantibus, &c. Dat. Roma, die 10. Iulij, an. 1574.

Licet autem Episcopus ut diximus, sit Iudex proprius suorum Dioccesanorum, aliquando tamen cessat ipsius iurisdictione, ita quod iudicare non potest.

Ut:

7. *Ut primo si fuerit excommunicatus, vel hæreticus declaratus. cap. ad probandum. de re. iud. cap. excommunicatus. de heret. Item si efficiatur furiosus, mutus, surdus. cap. 1. 3. quæst. 7. Item dum fuerit in aliena Diocesi, tum enim ea omnia quæ requirunt causæ cognitionem exercere non potest, nisi de licentia illius, in cuius Diocesi moratur. cap. non inuitati. 9. quæst. 2. Abb. in cap. nouit. de off. leg. & tum ita demum, si consentiant partes iudicari volentes, alioquin inuitari non possent trahi ad alienam Diocesi, nec tenerentur comparere citati. cap. ut litigantes. de off. ord. in 6. gl. in Clem. vn. v. indulgemus. de so. comp. Abb. ib. & in cap. nouit. super cit. num. 4. vbi restatur de communi. Rot. decis. 371. in no. illa tamen quæ expediuntur sine causæ cognitione, exercere potest etiam, dum est in aliena Diocesi, vt potest dum est extra propriam Diocesim delegare causam iudicandam in sua Diocesi, potest instituire ad beneficia, & alia omnia quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, et nouit. cit. in gl. v. terminos. Abb. cit. ib. Couar. lib. 3. ver. res. c. 20.*

8. *Non potest item iudicare in casibus, in quibus ab alterutra partium legitime recusaretur, vt si vellet iudicare causam propriam. Et causa dicitur propria eius, ad quem ex ea emolumentum vel damnum pertinet. Host. in sum. de sent. sub nu. 4. Vel si esset causa suæ Ecclesiæ, seu bonorum mensuræ ipsius, nam licet ipse sit Iudex competens in causis Ecclesiæ suæ. cap. si quis erga. 2. quæst. 7. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst. 78. cap. 8. recusari tamen potest vt suspectus. Abb. in c. postremo. nu. 6. de appell. Franc. ib. Dec. ib. n. 9. vbi testatur de cõmuni. Feli. Sicut. in c. insinuante. de off. deleg. Cas. de Gras. decis. 93. alias 4. de except. itẽ recusari Iudex potest, si sit Pater, Patrui, filius,*

affinis seu amicus intimus vnius ex col- litigantibus. c. accusatores. 3. q. 5. c. ad- hæc. de rescript. vel si fuit Procurator seu Aduocatus in ea causa. Abb. in cir. cap. postremo. & de his videndus est Ausfer. qui 93. casus recusationis Iudicis, vt suspecti, satis accurate collegit. In casu tamen recusationis quocunque recusans causam recusationis allegare tenetur, & illam coram arbitris per illum, & per Ordinarium communiter alligendis probare. cap. 2. c. cum speciali. de appell. Innoc. ib. Abb. ib. & si post allegatam recusationem litem prosequeretur, videretur renunciare recusationi. id. Abb. in cap. inter Monasterium. num. 3. de sent. & re. iud. vbi videri potest, quomodo etiam post litem contestatam possit inferri, hæc exceptio ex causa superueniente, & de nouo cognita. ad quod DD. in cap. vt circa. de elect. in 6. Mabed. decis. 155. alias 1. de off. deleg. Recusatus etiam potest eandem causam alteri non suspecto delegare. Dec. in cap. cum speciali. à nu. 27. de appell. Quando autẽ possit cognoscere, & pronunciare se esse Iudicem competentem, videri potest Abb. in cap. cum te consulente. num. 4. de off. deleg. & in cap. ad audientiam. num. 6. de appell. Dec. in cap. ceterum. num. 81. de iudic. & in cap. si duobus. à num. 36. de appell.

Non solum autem per se ipsum iudicat Episcopus, sed & per delegatos, vt constituere sibi potest plures vel vnum Vicarium seu Officialem. cap. quoniam. de off. ord. cap. Romana. eo. tit. in 6. Abb. in Clem. 2. de rescript. Et tenetur illum constituere iuxta doctrinam vsu frequentiori receptam, de quo Abb. in c. quonia. nu. 3. de off. ord. Bald. in l. aliquando. ff. de off. procons. Boer. decis. 347. Couar. lib. 3. var. res. c. 20. quia quantumuis ipse Episcopus sit sufficiens, viz tamen potest sufficere solus curæ & multitudini ne-

gotiorum suæ Diocesis. arg. tex. c. inter cetera. de off. ord. ad hoc Conc. Trid. sess. 24. c. 16. de ref. Sbroz. de Vic. Epif. q. 46. lib. 1. cui si contrarium volueris, habes apud Io. Andr. in c. cum ab omni. de vit. & hon. Cler. Felin in cap. quidam. de off. ord. Mohed. decis. 356. seu 4. de off. Vic. Paris. de resig. lib. 1. q. 16. nu. 54. Dicitur autem Vicarius habere iurisdictionem quodammodo delegatam, licet ordinaria communiter reputetur. Host Franc. in cit. cap. Romana. & in alios cap. Romana. de appell. ibid. in 6. & eius potestas non amplius extendetur, quam ipsi fuerit expressè concessum. cap. 2. & fin. de off. Vic. in 6. Host. in sum. eod. tit. nu. 1. Diaz in pract. crim. c. 3. Potest enim illi Episcopus concedere siue amplam siue prout voluerit coarctatâ potestare. DD. in cit. Clem. 2. de rescrip. Rot. decis. 222. decis. 297. p. 2. diuers. Quia nimirû est in meravoluntate Episcopi constituere quæ sibi in Vicariû. Anchar. cons. 218. col. fin. Put. decis. 45. lib. 2. Mohed. decis. 356. alias. 4. de off. Vic. Rot. decis. 297. cit. committens autem voluntariè iurisdictionem suam alteri, potest eam limitare prout vult. Abb. in cit. c. tua nobis. de off. Vic. in fin. & potest eam reuocare etiam sine causâ ad libitum. Abb. loc. cit. & in c. vt nostrum. nu. 2. de appell. DD. & præsertim Rip. inc. 1. de iud. conclus. 4. n. 43. Rebuff. in prax. tit. de for. Vic. nu. 190. etiam si promiserit non reuocare cum iuramento. Ioan. Andr. in c. sua nobis. de off. Vic. Butr. ib. Boër. decis. 347. Paris. de resig. lib. 9. q. 31. n. 27. potest aduocare ad se causâ à Vicario, & interdicerè ne se de illa intromittat. Io. Andr. Innoc. in c. Romana. de appell. in 6. Abb. in c. si quis contra. lect. 1. nu. 25. & lect. 2. nu. 30. de fo. comp. sicut & omnis delegans causam delegatam potest ad se aduocare. cap. si delegatus de off. deleg. in 6. Abb.

in cap. accedens. 2. nu. 9. vt lit. non contest. Potest committere causam Vicario vt illam iudicet tanquam delegatus non Vicarius. Abb. in cap. dilecti. à num. 16. de appell. Et morte Episcopi expirat iurisdictione Vicarij, cum concedatur præsupposito beneplacito cõcedentis, quod semper morte expirat. arg. tex. c. si gratis. de rescript. in 6. Abb. lo. cit. nu. 4. Rebuff. loc. cit. num. 216. Mohed. decis. 215. alias. 29. de renunc. Couar. lib. 2. var. res. cap. 5. à num. 8. Et quidem non solum morte naturali, sed etiam ciuili expirat, vnde excommunicato Episcopo, Vicarius ipsius iurisdictionem exercere non potest, sed est suspensa ipsius iurisdictione. c. 1. de off. Vic. in 6. gl. in Cle. fin. de procur. v. contestata. Abb. ib. nu. 8.

Episcopo etiam vt suspecto recusato ex eadem causa Vicarius ipsius recusari potest. c. insinuante. de off. deleg. idq; etiâ in causa Vicario à Sede Apost. delegata. Abb. in cit. cap. insinuante. Franc. in c. non putamus. nu. 10. de consuet. in 6. Rot. decis. 2. num. 21. p. 2. diuers. non tamen è contra. c. si contra. de off. deleg. in 6. Dec. in c. de quouult deo. nu. 79. de iudic. imò recusato Vicario deberet causa deuolui ad Episcopum. vt Abb. in cap. si quis contra. lect. vtrag. de fo. comp.

Ex facto etiam Vicarij sui tenetur Episcopus, præsertim si delinquit in rebus incumbendis officio suo. Abb. in cap. 1. de restitut. spol. & facta à Vicario censentur facta per Episcopum. c. Romana. de appell. in 6. Rot. decis. 431. in antiq. & decis. 278. in no. & decis. 156. p. 1. diuers. & sibi imputare debet si malum elegerit Vicarium. c. ad hæc inn. gl. de off. Archid. Bart. in l. vn. ff. fur. aduer. nau. Rebuff. loc. sup. cit. à nu. 188. Cap. Toloss. decis. 97. præsertim si non corrigit postquam rescit. Bisign. decis. 8. de off. Vic. & si ipse deprehenditur in culpa, alioquin

quin si sit omnino extra suspicionē culpæ non posset ipsi imputari vt latè per Bald. in rub. C. de pœn. iud. qui male iud. Gem. Archid. in c. si Episc. de off. ord. in 6. Felin. in c. Petrus. de homic. Selu. in tract. de benef. p. 2. quasi in 4. Bertach. de Episc. lib. 4. par. 6. tit. de Vic. Episc. Hen. Bott. de Syn. p. 2. Pauin. de potest. c. p. 2. q. 10. à nu. 22. Cucc. in inst. de Vic. Episc. imo hoc casu posset punire suum Vicarium. ad quod Spec. de comp. iud. adit. §. sequitur. num. 3. Bald. ib. & sequaces, potest reuocare si quid facit contra formā seu mandatū suum. Castren. conf. 348. Dec. conf. 142. Rebuff. in prax. de Vic. Episc. num. 41. Cucc. in inst. tit. de Vic. Episc. num. 22.

16. Constitui autem solet Vicarius Generalis vel particularis seu foraneus, & licet uterque in eo conueniat quod non plus possit, nisi in quantū ipsi fuerit expressè concessum, differūt tamen in eo, quod Generali causarū vniuersitas committitur. Vnde & censetur vnū tribunal seu consistorium cum Episc. & ab eo nō ad Episcopum sed ad Archiepiscopum seu Superiorem appellatur. cap. 2. in. gl. v. officiali. de consuet. in 6. & est doctrina communis. Foraneo autem non nisi certus locus Diocesis & certæ causæ demandantur, & ab ipso ad Episcopū seu ad Vicariū generalē appellatur, sicut & à quolibet alio delegato: nec censetur vnū tribunal cum Episcopo. gl. communiter recepta. in Clem. 2. v. foraneo. de rescript. Card. ib. DD. communiter. in c. Romana. de off. ord. in 6. Calder. conf. 2. de appell. Feder. conf. 302. Mohed. decif. 153. alias. 5. de appell.

17. Laicus autē Vicarius Episcopi esse nō potest c. decernimus. de iudic. ibiq. Pelan. num. 6. Rip. num. 34. & alij communiter. Imò neq; vna causa spiritualis laico committi, neq; in i. sum compromitti potest. cap. contingit. in. gl. de arbit.

causa tamen pecuniaria inter Clericos committi & cōpromitti posset laico. c. exposita. in. gl. v. compromisit. loc. cit. similiter & pro assessore in Iudicijs Spiritualibus laicus licitè adhibetur. Abb. in cit. cap. contingit. nu. fia. nisi quod de honestate potius sit adhibendus Clericus, si habeatur idoneus. Fel. lo. sup. cit. Dec. ib. à nu. 37. vbi etiam haberet Episcopus iurisdictionem temporalē, licitè ad eam exercendā posset cōstituere Vicariū laicum. c. fin. ne Cler. vel mon. in 6. DD. ib. Dec. in cit. c. decernimus. de iudic. nu. 125.

18. Locare autem Vicariatū seu exercitiū iurisdictionis suæ Episcopus non potest. c. praterea & seq. ne pral. Vic. suas. Abb. in c. dudū. 2. n. 37. de elect. imò Simoniam committit vendēs vel emens iurisdictionem spiritualem. Innoc. Host. in cap. praterea. cit. non tamen incidit in excommunicationē. Nau. conf. 68. de Sim. in antiq. iurisdictionem etiā in temporalibus si locet Episcopus non incurrit quidē Simoniam, sed abstinere debet à locatione, cū huiusmodi lucrū sit turpe, & grauiter peccet locans etiā hanc iurisdictionē. Abb. in cit. c. praterea. n. 1. iusticiam enim non debet venalē exponere Episc. c. vendentes. 27. 1. q. 3. & lata ab ipso sententia pro pretio ipso facto esset nulla. c. ei qui. §. venales. 2. q. 6. similiter locare seu pretio concedere facultatem nominandi Vicarium prohibet Conc. Trid. sess. 25. c. 11. de ref. ad hoc. Abb. in cap. 1. ne pral. Vic. suas.

19. Et de Vicario Episcopi ipsiusq; facultatibus consuli potest Sbroz qui satis accuratè hæc omnia colligit, nobis plura de istis congerere videtur superfluum, cum satis sit dicere, omnia Vicariū posse quæ potest Episcopus si ipsi specialiter committantur, præter ea tamen quæ sunt Ordinis Episcopalis, illa enim ipsi committi nō possunt nisi sit Episc. c. quorundam.

Rundam. 23. dist. c. quanto. de consuet. Host. in sum. de off. deleg. nu. 6. Rebuff. loc. sup. cit. num. 168. & si fuerit Episcopus adhuc non potest exercere ea quæ sunt ordinis Episcopalis vigore generalis mandati, nisi ipsi expressè concedatur. Calder. conf. 3. de off. Vic. & alij allegati per Sbroz. in cit. de Vic. Episc. quest. 6. lib. 2.

21. Iudicat item Episcopus non solum iurisdictione ordinaria, sed etiam delegata quam ipsi iura aliquando concedunt, & nouissimè Conc. Trid. circa correctionem morum & visitationem exemptorum in multis locis illam concessit, vt suis locis annotatur. Generaliter autem de huiusmodi allegationibus iuris aduertendum est, quod vbi Canon vtitur in delegando verbo Episcopi vel Diocesani delegatio pertinet ad solum Episcopum, Diocesani enim & Episcopi nominibus non veniunt alij, licet habeant ordinariam iurisdictionem. vt notat *gl. in Clem. 1. v. Diocesani. de vit. & hon. Cler. Abb. in cap. cum olim. num. 1. de prescript. præterquam Archiepiscopus, iste enim comprehenditur in dispositione loquente de Episcopis. gl. pen. in cap. quia periculosum. de sent. excomm. in 6. Gemin. Franch. ibid. Si autem Canon vtitur nomine Ordinarij, iam non solum Episcopo competit delegatio, sed cuiuscunque habenti iurisdictionem ordinariam; sub verbo enim Ordinarij veniunt omnes habentes iurisdictionem ordinariam. Abb. in cap. post cessionem. num. 1. de probat. Gemin. in cap. 2. de Constit. in 6. Vnde & Vicarius generalis venit sub nomine Ordinarij, censetur enim quasi Ordinarius cum habeat delegationem ad Vniuersitatem causarum. Abb. in cap. si quis contra. num. 30. de fo. comp. Gemin. in cap. Romana. nu.*

5. de appell. in 6. Anchar. ib. Paris. de resig. lib. 3. quest. 11. num. 20. vbi & hac ratione deducit Vicarium posse exequi ea omnia quæ Conc. Trid. committit exequenda Ordinario.

Iudicat item Episcopus iurisdictione delegata si superior aliquam ipsi causam specialiter delegat. vt toto tit. de off. deleg. Host. in sum. eod. tit. Et hæc delegatio transit etiam in successorem, si dignitati fuerit delegatum, licet non transeat si personæ delegatur. *cap. quoniam. Abb. tit. cit. de off. deleg. Abb. Felin. Dec. & communiter DD. ib. Rot. decis. 200. p. 1. diuers. Delegatio tamen facta Vicario Episcopi secundum communio-rem opinionem non transit in successorem in Vicariatu, quia Vicarius non dicitur propriè habere successorem, præsertim apud eos qui tenent Episcopum non teneri habere Vicarium, de quibus diximus supra. ad hoc Dec. in cap. quoniam. Abb. cit. num. 61. vbi testatur de communi per rationes ibi adductas. & Caccialup. in l. voce maiorem. num. 35. de iurisd. omn. iud. nisi tamen appareret delegationem fuisse intuitu Tribunalis Episcopi. Rot. decis. 200. par. 1. diuers. Gambar. de potest. Leg. lib. 3. quest. 97. ib. alleg. vel nisi consuetudo probaretur in contrarium. Achil. de Grass. decis. 5. alias. 3. de off. Vic.*

24. Causam etiam delegatam Episcopo non potest iudicare Vicarius ipsius, etiam si habuerit mandatum ad causas generale. *Innoc. in cap. eam te. de rescript. Card. in Clem. 2. de rescript. quest. 9. Felin. in cap. at si Clerici §. fin. num. 21. de iudic. Fed. de Sen. conf. 130. Bertach. de Episc. lib. 4. p. 7. quest. 4. & etiam si haberet mandatum ad causas tam ordinarias quàm delegatas. Hoc enim mandatum non posset extendi ad causas quæ in posterum delegarentur. Felin. loc. cit. de off.*

de off. deleg. cap. fin. num. 8. limit. 4. Rot. decis. 846. incip. Episcopus constituit Vicarium in antiq. B. sign. decis. 3. de off. Vic. iurisdictione enim quæ nondum competit comiti non potest. Rot. decis. 884. in antiq. Pauin. de pot. cap. p. 2. quasi. 10. num. 35.

Neque contra Episcopus causam Vicario suo delegatam, licet ille ob officio fuerit remotus iudicare potest. Anchar. Card. Imol. in cit. Clem. 2. de rescript. Franch. in cap. statutum. de rescript. in 6. Nau. conf. 5. de off. deleg. in no. Achill. de Gras. decis. 17. seu 1. de rescript. hoc enim casu separatum censetur Auditorium Vicarij & Episcopi. Dec. in cap. quoniam Abbas. num. 62. de off. deleg. Card. Imol. & alij in Clemen. cit. Et etiam si esset commissa alternatiue Episcopo seu Vicario, nam postquam vni eorum fuerit presentata, alter se de ea incommittere non potest. cap. cum plures. de off. deleg. in 6. Franch. Imol. ib. & alij communiter.

Subdelegari tamen potest causa delegata. cap. vlt. de off. deleg. Host. Innoc. Felin. ib. Sed non extra Diocesim, nisi de partium consensu, & non nisi personis in dignitate constitutis. cap. statutum. §. in nullo. de rescript. in 6. & dignitatum appellatione quoad capacitatem delegationis huiusmodi, veniunt etiam Canonici Cathedralis Ecclesie, imò semper veniunt appellatione dignitatis. Rot. decis. 445. nu. 5. in no. & dicuntur Coadiutores, Consiliarij, Senatus membra Episcopi. Felin. in cap. Pastoralis. num. 12. de off. deleg. Paleot. in Archiep. Bononien. p. 7. fol. 513.

Vbi tamen delegatur simplex ministerium, amplius subdelegari non potest, vt si delegatur absolutio, inductio in possessionem. cap. fin. de off. deleg. Abb.

ib. in §. ceterum. num. 1. Alexand. conf. 10. num. 7. Pauin. de pot. cap. p. 2. princip. 9. 10. Menoch. de arbor. lib. 1. q. 68. quæ ratione si per literas in forma vt dicitur dignum, committitur institutio, non potest subdelegari, nisi quod tunc posset committi actus aliquis causa absque iurisdictione, vt capiendæ informationis super vita, moribus promouendi, vel post delatum testibus iuramentum & admissum, committi posset eorundem testium examinatio. Abb. in cap. cum Bertoldus. à num. 19. de re. iud. Felin. in cap. fin. cit. de off. deleg. num. 8. Ioan. Andr. in cap. super. de off. deleg. in 6. Rot. decis. 751. in antiq.

Similiter non potest subdelegari, vbi delegans elegerit industriam personæ. cap. 15. cui. de rescript. in 6. vt si dicat præcipimus, mandamus, vel secundum tuam conscientiam decidas: sed vbi diceretur conscientiam tuam oneramus, non intelligeretur electa industria personæ. Felin. lo. cit. Nau. de off. deleg. conf. 6. in no.

Subdelegatus etiam à delegato, vel delegatus Episcopi amplius sublegare non potest, sed tamen posset committere aliquem actum causæ absque iurisdictione, vt supra diximus cap. super questionum. de off. deleg. Felin. ib. num. 19. Rot. decis. 368. in no. Et ex hac ratione Vicarius quoque Episcopi cum reputetur delegatus, vt supra diximus, non potest substituere loco sui alium Vicarium. Hostien. Abb. in cap. Clericos. de off. Vic. Anchar. Gem. Archid. Ioan. Andr. in cap. 1. de off. Vic. in 6. Card. in Clem. vn. de off. Vic. & in Clemen. 2. de rescript. Put. decis. 224. num. 9. lib. 2. Card. Paris. conf. 80. num. 4. & 15. quia nimirum infinitas in delegationibus est vitanda. arg. rex. c. cum in multis. de rescript.

rescrip. in 6. Potest tamen committere alicui vices suas, ad aliquam certam causam. *Abb. lo. sup. cit.* vel etiam dare potestatem exercendi aliquam partem iurisdictionis suae, dummodo totam iurisdictionem non committat. *Alex. 1. af. in l. à iudice. C. de iudic. Pur. lo. sup. cit. Paris. de resig. lib. 7. q. 24. num. 75.* Potest & substituere alium loco sui ad modicum tempus. *gl. in Clem. 1. v. locum aliorum. de regul. Card. Abb. ib.*

27. Ulterius delegati iurisdicção expirat morte delegantis re integra. *c. relatum. cap. licet vndiq. de off. deleg.* si tamen fuerit perpetuata iurisdicção, non expirat morte. *c. si delegatus. de off. deleg. in 6.* & perpetuatur sola citatione, in qua etiã inferi debet tenor delegationis, alioquin esset nulla. *l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. Innoc. in c. praterea. de dilat. Abb. in cit. cap. relatum. num. 1. & fin. & in c. praterea. num. 4. de dilat. Per. Duen. de Reg. iur. Reg. 93. expirat & postquam delegatus fuerit functus officio suo. Host. in sum. de off. deleg. num. 11. & alij communiter.*

28. Iudicare autem debet Iudex, siue Ordinarius, siue delegatus secundum leges, & secundum allegata partium, non autem secundum quod ipse particulari sua scientia cognoscit. *cap. iudicet. 3. quest. 7. cap. 1. de off. ord. iun. gl. & alia gl. v. & contra in c. 1. de re. iud. in 6. Abb. in proom. decret. num. 18. Dec. in rub. de iudic. num. 15. lect. 2.* & hanc quæstionem latissimè tractat, *Couar. lib. 1. var. ref. c. 1.* & tandem concludit affirmatiuè, dicitque hanc opinionem esse magis comunem, tam apud Canonistas, quam apud Theologos, vt *S. Th. 2. 2. quest. 67. art. 2. Caiet. ib. Sot. de iust. & iur. quest. 4. art. 2.* posse tamen iudicem decidere causam per rationem à partibus non allegatam, tenet *Abb. in c. peruenit. num. 6.*

de empt. & vend. Rot. decis. 77. lib. 2. p. 8. diuers.

In notorio quoque quod constat ex actis, etiã parte non opponente supplere potest: vt si viderit testem inhabilem repellere illum potest. *Abb. in cap. intima. uit. de testib. Fel. ib. Dec. in c. ex insinuatione. num. 24. de appell.* Et si notoriè constaret parti non competere actionem, reiicere ipsam posset. iudex etiam parte non opponente. *Abb. in c. exceptionem. de except. & in c. ad aures. num. 5. de prescript. Dec. lo. cit. sup. Marant. de ord. iud. p. 6. decis. iud. art. 1. num. 68.* Potest allegare falsitatem instrumenti, si falsitas sit euidentis. *cit. Abb. in cap. cum venerabilis. num. 19. de except.* potest supplere ex officio suo, vbi agitur de utilitate Ecclesiarum. *Abb. in cap. cum venissent. num. 9. de instit. Dec. in cap. qua in Ecclesiarum. num. 3. de constit.* Item & substantialia iudicij, & quibus non seruatis, sequeretur nullitas sententiæ, ex suo officio supplere seu aduertere potest, ne iudicium reddatur illusorium. *Rot. decis. 666. p. 1. diuers.* vnde potest repellere Procuratorem non habentem mandatum etiam parte non petente. *cap. causam. de iudic. & gl. in cap. 1. v. absentia. de elect. in 6. Dec. in cit. cap. causam. num. 2.* Et de hac quæstione latè controuersa, cessat iam omnis dubitatio stante praxi vulgarissimè, omnimodè iudicium reddi nullum ob defectum mandati, ita quod neque relictis expensis reintegrari, neque Principis autoritate talis defectus sanari possit, vt testatur *Gamez. in comp. vtr. sing. S. & quod dictum est.* Plures autem casus quibus Iudex officium suum exercere potest non requisitus, videri possunt apud *Socin. in Reg. 245. Viuum. comm. opin. lib. 1. op. 145.*

Iudex item non debet ferre sententiam super non petitis, alioquin reputa-

tare-

rearetur vt fatuus. Abb. in cap. cum inter. de consuet. & in cap. grauis. de rest. spol. Rot. decis. 474. incip. supposito. in no. nisi in condemnatione expensarum, has enim adiudicare potest, licet non petantur. id. Abb. in c. significauerunt. a num. 9. de except. 1ac. Nouel. de Reg. iur. Reg. 43. non tenetur tamen adiudicare non petitas, nisi ipse velit, vt qdem.

29. Ad Iudicis item instructionem pertinet, vt in dubio, vel vbi lex loquitur generaliter, iudicet secundum loci consuetudinem. cap. cum dilectus. de consuet. Abb. in cap. certificari. num. 2. de sepult. Et si hæc non adhit, verborum proprietates est attendenda. l. non aliter. ff. de leg. 2. quam proprietatem Iudex interpretari potest, cum ipse possit interpretari iura in causis coram se vertentibus. Innoc. in cap. cum specialis. de appell. Dec. in cap. intimasti. num. 3. eo. tit. & in cap. 1. lect. 1. num. 91. de constit. & in cap. ad hoc. num. 70. de post. prel. In interpretando autem in dubio benignior & fauorabilior intellectus est tenendus, vel ad similia recurrendum. l. sed Iulianus. §. mutui. ff. de Senat. Maced. cap. translato. de constit. Abb. ib. Dec. ibid. vtraq. lect.

In dubio item in causis grauioribus, ad superiorem est recurrendum. cap. inter. alia. de sent. excomm. l. Diuus. ff. de off. presid. Abb. in cap. 1. nu. 3. de fid. instrum. & in cap. 1. num. 14. de constit. Dec. ib. vtraq. lect. & in cit. cap. intimasti. num. 1. vel potest committi causa concludenda peritioribus. id. Dec. lo. cit. num. 5. & per eum allegari.

Ad extremum communior Doctorem sententia est sequenda. cap. in Canonis. distinct. 19. cap. de iudicys. iun. gl. v. plurimi. 3. q. 3. Felin. in cap. ad aures. num. 3. de rescript. vel vbi deficit ius scriptum, rationes naturales sunt attendenda. Abb. in cap. cum sint. num. 4. de

decim. Et plures modos gradatim in dubio procedendi recenset. gl. in c. consuetudo. dist. 1. DD. ib.

Iudicis officij quoque est inducere partes ad amicabiliter componendum. cap. 1. de mut. pet. iun. gl. v. concordia. & alia. gl. in cap. venerabilem. v. fauere. de elect. cap. fin. de transact. Abb. Imol. ib. Imò & cogere potest Iudex partes ad concordiam vel arbitros eligendum. Abb. in cap. cum pridem. num. 8. de pact. præsertim si lubet causa grauis, vt si lis fuerit diuturna & intricata, vel si immineret armorum periculum seu timerentur graues inimicitie. cap. studendum. cap. placuit. 90. distinct. Abb. in cap. si quando. & in cap. Pastoralis. §. quia vero. num. 9. de offi. deleg. Felin. in Rub. de treug. & pace. num. 5. Lanfran. de arbit. quest. 95. Rom. cons. 126. maxime si lis vertatur super rependere à postea re sua, vt si lis vertatur super beneficio, cuius ipse est collator. Abb. in cap. cum inter. 1. num. 9. de elect. alioquin si res non dependeret à voluntate iudicantis, vel si non subsit legitima causa, hortari quidem Iudex possit ad componendum, sed cogere non posset, cum ipse teneatur potius vnicuique reddere ius suum per sententiam. gl. in l. 1. §. & post. ff. de nou. op. numt. & Abb. lo. cit. ad hoc. Pet. Duen. de Reg. iur. Reg. 30. & Reg. 36. vbi ad hoc adducuntur plures pulchra limitationes.

Præterea Iudicis est occurrere litigatorum artibus quibus causas prolongare conantur. Conc. Trid. sess. 25. cap. 10. de res. Præcipue vero laborare debet ne veritas opprimatur. Dec. in cap. quoniam. num. 5. de probat. vnde & potest ipsemet inuestigare innocentiam rei accusati, Abb. in cap. veniens. a num. 19. de accusat.

Iudex item potest interrogare partes circa merita causæ etiam post conclusionem in causâ, dummodo interroget circa ea quæ fuerunt acta ante conclusionem. *Abb. in cap. cum Ioannes. num. 2. de fid. instrum. Felin. ib. num. 11.* Testes quoque etiam post publicationem interrogare potest ex officio suo, licet id facere non teneatur ad instantiam partis. *cap. cum clamor. cap. per rurs. un. gl. v. audiendum. de testib. Felin. ibid. nu. 5. Rot. decis. 86. lib. 1. par. 5. diuers.*

32. Potest interlocutoriam suam quædocunque ante sententiæ definitiuæ prolationem reuocare, maximè si ab ea fuerit appellatum, iuxta communem DD. opinionem, de qua testatur *Felin. in cap. qualiter & quando. num. 6. de accusat. Franch. in cap. cum cessante. de appell.* Nisi detulerit appellationi ab illa interposita, cum enim ea concessa iurisdictio transferatur in Superiorem, non potest amplius se intromittere in causa. *vt notat Felin. loc. cit. num. 14.* vbi dicit hoc casu ne quidè de consensu partium redire posse causam ad primū iudicem, nisi illam superior remittat, propter translata iurisdictioem. Similiter non potest reuocare interlocutoriam quæ fuit mandata executioni, vel qua pronunciauit se esse iudicem competentē. *Dec. in cit. cap. cum cessante. num. 14. Grauat. super. cap. 1. lib. 7. Vestr. nu. 33.*

Sententiam autem definitiuam regulariter reuocare non potest. *Felin. loc. cit. à num. 23. Dec. in cap. litteris. nu. 8. de off. deleg. DD. in l. actorum. ff. de reb. iud. nisi in cōtinenti antequam habeatur pro absoluta. facit gl. in cap. predicator. v. imò vero. 16. q. 1. vel per modum declarationis, declarare enim potest & interpretari suam sententiam. gl. in cap. loci nostri. v. errorem. 25. q. 9. Item &*

per viam restitutionis in integrum reuocari posset sententia. *Felin. loc. cit. à numero 23.* vbi numerat plures casus in quibus Iudex reuocare posset suam sententiā de finitiuā. Cauti autē Iudices referuare sibi solent moderationē diminutionemue pœnæ appositæ, seu declarationē sententiæ, ne postea dubitare sit necesse de faciendâ declaratione, quod & facere possunt, *vt notat Couar. lib. pract. quest. cap. 34.* præsertim verò in causis criminalibus. *Aufser. de potest. Eccl. in laic. casu 12.* Iudicis item est facere citari partes, nec potest quis citari, nisi ex aliqua commissione iudicis. *Dec. in cap. de quouuldeo. num. 93. de iudic.* citatio enim pertinet ad iurisdictioem. *Abb. in cap. super questionum. §. verum. de off. deleg. potest autem citare per quæcunque dummodo constet quod alicui commiserit. id. Abb. in cap. cum sit Romana. nu. 29. de appell.* citare potest & per se præfigendo partibus terminum, & hæc citatio habet vim peremptoriæ. *Dec. in cap. in nomine Domini. num. 8.*

Iudex item musera etiam sponte oblata recipere non potest, præterquam comestibilia paucorum dierum, vel expensas moderatas in itinere, forte propter causam suscepto. *cap. statutum. §. in super de rescript. in 6. Abb. in cap. cum ab omni. de vit. & hon. Cle. Sportulas etiā vsu alicuius loci vsuatas proferenda sententia licitè exigit. Abb. loc. cit. à nu. 8.* Pœna autem pecuniaria si quando veniret imponenda, licet sanctius faceret Iudex si illam ad pios vsus conuerteret, tamen & sibi illam applicare potest, *vt latius videre licet apud Couar. lib. 2. Var. res. cap. 9. num. 9.*

Notariorum quoque salaria moderari debet, ne nimirū grauent partes, & abstinere debet ne participet ipse ex huiusmodi salarijs. *cit. cap. statutum. §. notarium.*

rium. *de rescript. in 6.* Et quoniam facta est mentio notariorum, plura hic de hoc officio attingi possunt sub persona Iudicis, cum Notarius sit Minister iudicis & persona publica. *l. orphanotrophos. C. de Epif. & Cler. & dicitur iudex Chastularius. Mariani. in prax. p. 4. dist. 18. num. 2. & Index ipsum elegit vel mutat pro libitu. Dec. in c. quoniam. a. num. 10. de prob. sed potest a partibus reculari ut suspectus probata suspicione etiam solo iuramento. Aem. Verat. decis. 54. p. 3.*

Vnde in Notario in primis requiritur quod sit legitimè creatus, ut DD. communiter in c. 1. de fid. instrum. præsumitur tamè ex longissima temporis possessione notariatus creatio legitima. *Dec. l. cit. n. 44. Boer. decis. 76. Rot. decis. 193. p. 2. diuers. vel ex eo quod reperiatur descriptus in matricula. Bald. & alij in 1. Scriuarios. C. de testam. milit. Rot. decis. 103. n. 32. p. 2. cit. diuers. vel etiam creditur iudici attestanti quem esse notarium præsertim cum antiquitate 30. annorum. Rot. cit. decis. 193. Signum etiam notariale ut habeat Notarius obtinuit consuetudo. *Abb. in cit. cap. 1. de fid. instrum. num. 3. Dec. ib. num. 37.**

Creatur autem à Papa, Imperatore, Rege, vel Principe non recognoscente Superiorem. *Innoc. in cap. cum. P. de fid. instrum. Host. verò tenet quod possit creari etiam ab Episcopo in sua Diocæsi. ut in eius sum. ne Cler. vel mon. nu. 5. cuius sententiam communiter esse receptam testatur Imol. in cap. 1. de fid. instrum. ad hoc Panin. de pot. cap. 9. n. 12. ubi hanc potestatem trahit ad capiculum sede vacante. Similiter & quilibet alius habens iurisdictionem ordinariam ex ipsdem rationibus posset pro suo territorio creare Notarios. *cit. Host. in ea. sum. de fid. instrum. num. 3. Abl. in c. cit. cum P. nu. 7. & 8. eo. tit. Imò acta per quem-**

cunque deputatum à Iudice confecta, faciant fidem. *textus expresse. cap. quoniam. cit. de probat. DD. ibid. Magistroque generali & prouinciali Ord. Prædicatorum ut possit creare fratres sui Ordinis in Notarios ad effectum publicandi & exequendi mandata Apostolica pro ipsorum publica seu priuata necessitate, indulgit Pius V. priuilegio suo. Dat. anno 1571. die 21. Martij. quod refert Confect. in suo compend. fol. 220.*

Quoad exercitium autem officij Notariatus in foro spirituali requiritur ut Notarius sit creatus non à Principe Sæculari sed Ecclesiastico. *Host. loc. sup. cit. ne Cler. vel Mon.* Creatus enim à Principe Sæculari non potest exercere officium suum nisi in rebus spectantibus ad creatis iurisdictionem, vel nisi ex admisione alterius Ordinarij, seu de consensu partium. *Abb. in cit. cap. cum P. num. 9. de fid. instrum. & Notarius creatus ab Ordinario seu alio habente potestatem, non potest conficere instrumenta nisi intra territorium constituentis, sed tamen instrumentis per illum confectis in proprio territorio ubique creditur. Rot. decis. 291. in no. Ipse tamen Notarius pro causis Ecclesiasticis potest esse laicus. *cit. Abb. in cap. decernimus. nu. 14. de iudic. ibiq. alij communiter. magis tamen conueniret ut sit Clericus. arg. tex. cap. ut iuxta. de off. ord. & licet Clericis prohibitum sit exercitium tabellionatus. cap. sicut te. ne Cler. vel Monach. hoc tamen intelligendum de exercitio notariatus in foro laicorum, non autem in foro Iudicis Ecclesiastici. ut gl. in c. sicut te. cit. vel intelligendū de Clericis maioribus & habentibus sufficientem prouisionem; isti enim abstinere debent ab exercitio talis officij, quod est per se vile, & relinquere illud minoribus Clericis. *Abb. in cit. c. sicut te. n. 6.***

Notarius etiã debet esse persona bonæ famæ, neq; illegitimus. *Arm. v. tabelio. num. 5.* debet iurare in ingressu officij sui quod fideliter exercebit officium suũ, & quod requisitus conficiet instrumentum sine diminutione veritatis, & sine admixtione falsitatis. *Arm. loc. cit.*

41. *Silu. eo. q. 5. Abb. loc. cit. n. 19. Calder. conf. 2. de prob. Mohed. decis. 168. alias 2. de Sm. & nõ nisi super illis super quib. fuerit rogatus. Abb. in cap. 1. num. 4. de fid. instrum. Bald. in Rub. C. de fid. instrum. nu. 10. Rot. decis. 248 p. 1. diuers.*

Omnia pertinentia ad exercitium artis suæ scire tenetur alioquin teneretur ex imperitia. *Abb. loc. cit. num. fin. & debet intelligere clausulas quæ in instrumento ponuntur, alioquin si interrogatus nesciret explicare clausulas instrumenti sui, inualidum esset instrumentũ.* *Alberic. in l. fin. §. penult. ff. ad Velleianũ.* Plura de notariorum requisita qualitate & peritia, videri possunt in libro de erroribus notariorum. *ab Ant. Tassara curiosè satis collecto.* Quoad sufficientiã autem doctrinæ notariorum fori Ecclesiastici providè ordinavit S. Concil. *Trid. sess. 22. cap. 10. de ref. vt Notarij huiusmodi nulla exemptione obstante ab Ordinarijs locorum etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis super sufficientia examinentur, & vt debeant suspendi vel repelli ab exercitio officij sui, si fuerint reperti minus sufficientes.*

42. *Quoad sufficientiã autem doctrinæ notariorum fori Ecclesiastici providè ordinavit S. Concil. Trid. sess. 22. cap. 10. de ref. vt Notarij huiusmodi nulla exemptione obstante ab Ordinarijs locorum etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis super sufficientia examinentur, & vt debeant suspendi vel repelli ab exercitio officij sui, si fuerint reperti minus sufficientes.*

Scribere etiam debet Notarius manu propria instrumenta *Hoff. in cap. inter dilectos. de fid. instrum. Abb. ib. num. 7.* & habere debet protocollum eorũ quæ scribit, seu originalia acta ad quæ recurri possit. *arg. tex. cap. cum P. cit. iun. gl. fin. de fid. instrum. Dec. in cap. quoniam. num. 54. de prob. Rot. decis. 671. p. 1. diuers.* Debet exprimere annum, diem, indictionem, an. *Port. PP. in instrum.*

43. *Debet exprimere annum, diem, indictionem, an. Port. PP. in instrum.*

& nomina testium. *Hoff. Abb. Dec. & alij in cap. 1. de fid. instrum.* Nomina testium presentium & qui actum intellexerunt, scribi debent, alioquin si actum non intelligerent, sequeretur nullitas instrumenti ob defectũ testium, cum adhibiti & presentes dici non possint, qui rē ad quã debent esse presentes, ignorant. *Io. Andr. in c. pastoralis. de off. deleg. Circa iudicialia tamẽ crederetur scripturæ Notarij, etiam si in ea non adhibeantur testes. gl. in cap. quoniam. cit. de probat.*

44. *in c. pastoralis. de off. deleg. Circa iudicialia tamẽ crederetur scripturæ Notarij, etiam si in ea non adhibeantur testes. gl. in cap. quoniam. cit. de probat.*

Vniuersa autē acta Iudicij scribere debet. *cap. quoniam. cit. nisi sit causã parui momenti, talis enim etiã sine scriptura ex simplici informatione Iudicis expediri posset. Dec. in cap. quoniam. cit. nu. 27. de prob.*

Non potest recipere productiones instrumentorum nisi in presentia Iudicis. *Dec. lo. cit. n. 117. nec debet edere acta iudicialia, nisi de mandato Iudicis. DD. in l. 15. apud. quem. C. de eden. Vestr. lib. 7. c. 1. num. 20. in annot. vel de mandato Superioris, vt Iudicis ad quem appellatur, tunc enim tenetur edere acta appellantis ad minus intra mensem accepta congrua mercede, alioquin si in exhibitione actorum moram fecerit, posset suspendi ab officio Ordinarij, & ad dupli poenam, quanti lis de qua agitur inter appellantes æstimata fuerit condemnari. Imò si ipse Iudex retardationis circa extraditionem huiusmodi actorum conscius vel particeps fuerit, vel obstiterit aliqua ratione, quo minus integre acta appellantis extradantur, teneretur & ipse ad poenam dupli prædictam. Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de ref.*

45. *Non potest recipere productiones instrumentorum nisi in presentia Iudicis. Dec. lo. cit. n. 117. nec debet edere acta iudicialia, nisi de mandato Iudicis. DD. in l. 15. apud. quem. C. de eden. Vestr. lib. 7. c. 1. num. 20. in annot. vel de mandato Superioris, vt Iudicis ad quem appellatur, tunc enim tenetur edere acta appellantis ad minus intra mensem accepta congrua mercede, alioquin si in exhibitione actorum moram fecerit, posset suspendi ab officio Ordinarij, & ad dupli poenam, quanti lis de qua agitur inter appellantes æstimata fuerit condemnari. Imò si ipse Iudex retardationis circa extraditionem huiusmodi actorum conscius vel particeps fuerit, vel obstiterit aliqua ratione, quo minus integre acta appellantis extradantur, teneretur & ipse ad poenam dupli prædictam. Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de ref.*

ARTI-